



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Anthologia Sacra

Ex Probatissimis Vtrivsqve Linguæ patribus collecta, atque Octastichis
versibus comprehensa

Billy, Jacques de

Parisiis, M.D.LXXV.

Stultum esse, qui in mundi prosperitate fiduciam collocat. 6.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50828](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50828)

S A C R A

non hominem sequi debet, sed Deum, nō his terrestribus simulacris, sed Deo seruire cœlesti: nō ad corpus referre omnia, sed ad mentem: non huic vitę dare operam, sed æternæ. Itaque si oculos semper in cœlum intēdas, & Solem, qua oritur, obserues, eūmq; habeas vitæ, quasi nauigij, ducē, sua sponte in viam pedes dirigētur: & illud cœleste lumen, quod sanis mētibus multò clarius Sole est, quem hīc carne mortali videmus, sic reget, sic gubernabit, vt ad sapientiæ virtutisque portum sine vllō errore perducatur.

Stultum esse, qui in mundi prosperitate fiduciam collocat.

6.

Sultus vt est, lenibus ventis qui fudit, Et vmbra,
Et noctis placide somnia certa putat,
Scribere quique in aquis molitur: sic quoque figit

ANTHOLOGIA. 8

Qui spes in mundi prosperitate suas.

Atque ideo in terris firmi nil prorsus ut esset,

Constituit, supera qui manet arce, Pater.

Scilicet ut firmi nihil hic stabilisque videntes,

Tendamus celeri semper ad astra pede.

SCHOLIA.

Atque ideo in terris) Hanc cau- Orat. de
sam affert Gregorius theologus, paup.
cur Deus res humanas in sum- amor.
ma varietate atque inconstantia
versari voluerit: nempe ut earum
instabilitate perspecta, nostrum
amorem ad ea conferamus, quæ
mutationis omnis atque incon-
stantiæ expertia sunt.

Nulla nomine adeo dolen-
dum esse ut ob peccata.

7.

*Q*uid facit is, cui parca tulit crudelis amicum,
Aut rapuit seua pignora chara manu?

Protinus Et ludos pellit, risusque, iocosque:

Nil famam Et plausus curat, opesque nihil.

Eia age, cura tua si te tenet vlla salutis,

Que dicam memori pectore coude, precor.